

Disputatio Theologica Textualis Ex Zach. VI. v. 12. 13.

Pars Prior : De Prospographia Messiae, H. E. De Viri Germinis Persona, Natura Duplici Ac Duplicis Naturæ Origine

Bernæ: In Typographia Illustrissimæ Reipublicæ Bernensis. Per Andream Hügenetum, 1702

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87515672X>

Band (Druck) Freier  Zugang





~~4724~~
45.

49. el. 4.


Ja-1092 (45.)



1. Jeron. Friedr. Reinf de usu experientiae spiritualis in scriptura
rum interpretatione. Lipsi. 1705.
2. Seb. Schmidius de antiquissima fide mystica circa mysterium
S. S. Trinitatis. ad Gen. 1, 2. reimp. Mittel.
3. Christo. Longagius de sanctiore consubiali Paradisiaca ad Gen.
11, 24. Acton. 1699.
4. Jo. Geor. Zurawian historia lapsus ad Gen. 11, 1-6. Jen 1734.
5. Jo. Edoard. Niemegerius de femine mulieris caput serpentis con-
tributo Helms. 1703. ad Gen. 11, v. 14, 15.
6. Abrah. Calovius de inimicitia inter serpentem et mulierem
ad Gen. 11, 15. Mittel 1662. reimp. ib. 1697.
7. Jo. Vloar. Preferendarius de Paradiso igne deleta ad Gen. 11, 24.
Acton. 1735.
8. Geor. Alb. Hambergerus de Inde diluuii ad Gen. 12, 10.
Jen 1696. reimp. ib. 1706.
9. Heel. Gottfr. Majus de opere Lotii et struam falis conuulsa
reimp. Hafa 1720.
10. Christo. Wallius de singulari facto ac fato uxoris Lotii ad Gen. 19,
26. Lips 1730.
11. Gott. Friedr. Jenichen de lapide facchi uncto ad Gen. XXVIII,
10. Lips 1791.
12. Jo. Reisk Rufus de 77 1/2 v. Mesia ad Gen. XLIX, 10. Jen 1719.
reimp. Mittel. 1794.
13. Jo. Trifschmuthus de circumfione Zippore ad Exod. 11, 24, 25
26. Jen 1663.
14. Pen de Judais inter duas vespere snactando paschali agno
ad Exod. XII, 3. Jen 1660.
15. An. Friedr. Neubauerus de angelo mortis ad Exod. XII, 29. Rom. XVI, 14.
Habr. 11, 14. Job. III, 8. Apocalypf. 6, 11. Hal. 1792.

16. Conr. Ikenius de Marah ad Exod XXI, 22-25. Bremen 1792.
17. Geor. Christo. Kellwagius de Maana Christi tyjo. Jen 1795.
18. Franc. Wokanius de sermone elliptico in historia Israelis non
obvio Wittenb 1790.
19. Jo. Jac. Quandt exanod. inbrauerianum de sacerdotio Melchi,
Jedevans. reguf. 1795.
20. Jo. Geor. Michaelis de incisura propter mortuos ad Lev. XIX, 20.
XXI, 5. Deubr. XIV, 1. Lipsi 1799.
21. Christian. Secouici de spiritu Moysi in XXI seniores posito
ad Num XI, 16. 21. Lipsi 1794.
22. Friedr. Guell. Breslingius de ritibus veterum Hebraeorum circa
inulam de colubam. Lipsi 1696. ad Lev. XXI, 17-19
23. Jo. Geor. Abichtius de respiciendis duobus versibus sup XXI in
quibusdam codicibus ^{rebrnari} omisfis Lipsi 1714.
24. Franc. Henr. Gebhardt de macilla sinforaca et corpore Adam
Lund. Gryphens. 1707.
25. Jo. Christo. Orllobius de Samuele Propheta et Judice
non Pontifice aut Sacerdote sacrificante ad 1 Sam VIII, 9.
Lipsi 1714. a.
26. Jo. Gott. Carpponius de pluralitate personarum in una
esentia ad 2 Sam VIII, 24. Lipsi 1720. 4.
27. Jo. Christi. Kingsbeckius de Ammonitis a Davide absque crudeli-
tate sub jugum missis ad 2 Sam XII, 31. 1. abom XII, 9. Lipsi 1751.
28. Jo. Crausius de Suroth Benoth ad 2 Reg. XV, 11, 20. Jen 1664.
29. Sim. Bened. Sympie verba Davidis ultima ad 2 Sam XXIII, 1
-7. Lipsi. 1721. . .
30. Jo. Nicol. Quihorpius de novissimis Davidis verbis ad 2 Sam
XXIII, 21-7. Rostoch 1700. *Depl non M. H.*

53. Ab. zum Felde de uctu imaginum anti christians ad Hab. 11. 10. 19.
Kilon.
54. Christi. Friedr. Milichius de precibus angelorum pro nobis ad Zach. 4.
12. Lips. 1729.
55. Sam. Leemannus de psychopograpia Mesiae ad Zach. 11. 12. 13. Ann.
1702.
56. Prand de triplici coronâ Mesiae et Triplici Bern 1703.



35.

ΠΟΥ ΨΗΝ
DISPUTATIO THEOLOGICA TEXTUALIS

Ex Zach. VI. v. 12. 13.

De

ΠΡΟΣΩΠΟΓΡΑΦΙΑ
MESSIÆ, H. E. DE VIRI GER-
MINIS PERSONA, NATURA DUPLICI
AC DUPLICIS NATURÆ ORIGINE.

PARS PRIOR

Quam

Divine benignitatis adspirante aurâ

P R Æ S I D E

D N. SAMUELE LEEMANNO.

V. D. M. & S. S. Theologiæ in Illustri Bernatum Ly-
cæo Professore solidissimo, dignissimo, Præceptore ac Moc-
cenate suo nunquam satis devenerando colendo,

publicè ventilandam exhibet.

JOH. JACOB MOSER. Helv. Arov.

S. S. M. Candidatus.

Ad diem

Martii horâ locòque solitis.



B E R N Æ.

In Typographia Illustrissimæ Reipublicæ Bernensis.

Per Andream Hügenetum. 1702.

56
5

Illustrissimis, Magnificentissimis, Amplissimis, Con-
sultissimis, antiquâ Generis Prosapiâ pariter ac virtutis
Nobilitate Splendidissimis Viris.

DN. JOH. RODOLPHO BUCHERO. Olim præfe-
cturâ in Frienisberg summa cum laude defuncto, nuper Tri-
buno plebis spectatissimo, Quæstoratu Germanicæ Ditionis,
summo cum applausu nunc defungenti: Patriæ Patri, Fauto-
ri suo, omni, quâ par est, animi submissione, æternum hono-
rando, colendo.

DN. ALBERTO AB ERLACH. Satrapiâ in
Frienisberg singulari cum applausu olim defuncto, non ita
pridem Tribuno plebis Consultissimo, Meritissimo, Baroni
in Riggisberg Clementissimo, Domino in Dettingen Gravissi-
mo, Patrono, ac Fautori suo, omni venerationis & obsequii
cultu prosequendo.

DN. VICTORI AB ERLACH. Præfecturâ in Arberg
olim laudatissimè defuncto, Præfecto in Sumisvald om-
nium cum applausu nuper electo, Cognato, ac suo ex Sacro
Baptismatis fonte Susceptori omni honore & perpetuâ ob-
servantiâ colendo.

DN. ANTONIO STURLERO. Viro singulari erudi-
tione præclaro, virtutis & pietatis amantiissimo, cognato ac Fau-
tori suo quôvis obsequio & amore ad aras usque honorando.
Nec non

Reverendo Pietate ac Virtute Clarissimo Viro

DN. JOHANNI JACOBO MOSERO. Ec-
clesiæ Christi, quæ colligitur in Schüpfen, Pastori Vigilantis-
simo, fidelissimo, Camerario Classis in Büren meritissimo,
spectatissimo, Patri suo omni honore, filiali obsequio & amo-
re ad tumulum usque afficiendo.

Hanc Dissertationem Theologicam in perpetuum debiti cultus & devotissime
observantiâ monumentum submissò animò offert.

JOH. JACOB MOSER. Respond.



איש צמח

DISSERTATIO THEOLOGICA TEXTUALIS

ex Zach. VI. 12, 13.

PARS PRIOR

De

Προσωπογραφία MESSIÆ. H. E. DE VIRI
GERMINIS PERSONA, NATURA
DUPLICI AC DUPLICIS NA-
TURÆ ORIGINE.

Thesis I.

כה אמר יהוה צבאות לאמר הנה איש צמח שמו ומתחתיו יצמח וכנה
את חיכל יהוה : והוא יבנה את חיכל יהוה והוא ישא הוד
ושב ומשל על כסאו והיה כהן על כסאו ועצת שלום
תהיה בין שניהם :



Aria reperiuntur, eaque illustria ad-
modum Veteris Testamenti Loca, qui-
bus futurus *Messia* adventus, variaque
ipsius officia & beneficia descripta
olim fuerunt, natura item foederis
gratiae haud parum illustrata fuit, in-
ter quæ haud postremum occupat lo-
cum vaticinium illud illustre de *Viro Zamach*, ac *triplici*
Messia

A 2

56

Messia officio eorumque functione gloriosa juxta consilium pacis, quod legere est Zach. 6. v. 12. 13. atque hoc ipsum est. quod hac vice accuratius examinare, & quæ in eo contineantur mysteria, paulò exactius investigare constitutum est.

§. II.

De Zacharia Propheta, ac prophetiæ ejus occasione, scopo, argumento, tempore ac partibus plura hac vice præfari nostri non est instituti. *Quinque prophetiam illam constare visionibus totidemque periochis totum librum absolvi non ita malè nonnullis observatum. In Visione autem secunda, quæ incipit à v. 7. cap. 1. novem præcipuè figuris sive emblematis templi typici ædificatio & Christi Regum adumbratum fuit. Horum autem Emblematum nonum & ultimum fuit de Coronis capiti Jehosua imponendis, quo emblemate adventum Germinis, Messia naturam, personam, exaltationem & ædificationem templi spiritualis, officium item Messiaæ Propheticum, Sacerdotale & Regium ac vocationem tandem Gentium præfigurari Propheta docet.*

§. III.

Toto ergò isto emblemate instinctu verè divino id egit Propheta, ut isto Coronarum ex auro & argento conficiendarum & Jehosua sacerdotis summi capiti super imponendarum emblemate Messia futuri tum personarum tum officia nobis describeret, quidque ab eo juxta æternum illud Pacis inter Deum & Virum Germen Consilium expectandum foret, doceret. Ita Propheta v. 9. 10. 11. emble.

emblemata illud actypum descripsit: nunc autem v. 12. 13. typi illius significationem non suo, sed Dei ipsius nomine explicat: ita quidem, ut in duobus istis versibus 12. 13. observanda veniat.

1. Ipsa *præfatio*, qua non humanam, sed divinam planè esse emblematis hujus explicationem Propheta testatur.

2. Ipsa venturi *Messiae descriptio* tum quoad ejus personam & naturam, tum quoad ejus officia ea cum evidenti nobis proponitur, ut simul totum illud salutis mysterium ex prima sua causa, quæ est æternum illud *Pacis Consilium* nobis manifestetur.

§. IV.

Sancta *Prophetarum Oracula* verè divina esse probant divinitatis characteres varii, quas inter vel ipsum *prophetiarum complementum*, & gravissimum illud *testimonium*, quod non ipsi solùm Prophetae, oraculorum suorum veritatem coram toto mundo asserentes, sed ipse etiam Deus vaticiniis à Prophetis prolatis perhibuit: אמר יהוה צבאות לאמר *sic ait Jehova Zebaoth dicendo*: ita verbum Dei, quia verbum Dei, suam apud homines habet authoritatem verè divinam: Ratio autem propter quam ea verbi divini authoritas nobis innotescit, est ipsum Dei verbo suo attestantis *Testimonium*, quod in *externum* & *internum* non malè distinguitur. *Externum Testimonium* est illud, quo Deus ipse in verbo suo de verbi sui divinitate testatur, vel quo Deus hoc olim testatus est per prophetas ac viros θεοπνευστας. Hujus autem testimonii divinitas variis argumentis & characteribus & in ipsis prophetis & in ipsorum verbo relucetibus

A 3

nobis

56

nobis innotescit. Authoritas ergò authenticè de verbo Dei testandi non competit nisi Prophetis & viris illis sanctis, qui à Spiritu Sancto acti nobis illud tradiderunt. 2. Pet. 1. 21. Ecclesiæ verò nullæ aliæ hîc sunt partes, quàm ministeriales verbum illud commendandi ac de eo testandi, quemadmodum ejusmodi operam ministerialem circa Messiam concivibus suis præstabat mulier Samaritana Joh. 4.

S. V.

Internum autem Testimonium est testimonium Spiritus Sancti in animo nostro nobis testantis id ipsum, quod foris testatur in verbo suo, verbum scilicet istud non alium habere authorem, quàm Deum ipsum. Tale fanè Spiritus Sancti testimonium internum experiuntur fideles, quando per Spiritum adoptionis de divina sua adoptione certi redduntur Rom. 8. 16. & huc etiam pertinent varia illa spiritus sancti nomina metaphorica in Scriptura obvia, ut Arrha Eph. 1. v. 13. 14. Sigilli ibid. & 2. Cor. 1. 22. ἀπαρχῆς sive primitiarum Rom. 8. 23. & paracleti Joh. 15. 26. Per hoc autem Spiritus Sancti testimonium internum non ea tantùm Spiritus illuminatio intelligenda est, qua mentem hominis disponit, ut criteria in verbo Dei relucentia videre queat: ita enim periret notio testimonii, & non tam causa esset propter quam, sed causa potius foret per quam credimus, verbum istud esse verbum Dei; Sed talis est in fidelibus operatio, quâ animum eorum ita persuadet, ut conscientia tanquam Dei vicaria & vice Dei idem ipsis dicat & affirmet, quod Deus dicit & affirmat in verbo suo: undè Apostolus ait Rom. 8. 16, quòd spiritus συμμαρτυρεῖ unà testetur, ita ut

duo

duo sint testes, spiritus sanctus & spiritus noster siue conscientia nostra, sed una tantum res *μεμαρτυρημένη* testata: ita ipsum illud conscientiae verbo & spiritu Dei illuminata testimonium est ipsum *spiritus Dei testimonium* in mente hominis fidelis juxta illud Psal. 27. 8. *Tibi* (h. e. vicem tuam, vel pro te ô Deus) *dixit cor meum*. i. e. non aliter affecisti cor meum, ac si in animo meo vocem testimonii tui audirem.

VI.

Ita videmus, hanc Prophetae praefationem de verbi prophetici divinitate testantem minimè fuisse frustraneam, sed omninò efficacissimam: nam 1. auctoritatem verbo suo tanquam verè divino conciliare: 2. attentionem in iis, qui ipsum audiverunt excitare: & 3. qua ratione Deo loquente ipsis sine cunctatione & maxima cum fidei obedientia audiendum sit, docere voluit: Ita sanè Deo loquente unicuique nostrum dicendum cum Samuele, si velimus esse fideles Dei Servi: *Loquere Jehova, quia audit Servus tuus*. 1. Sam 3. 9. Sed est & alia causa, cur ita praefari voluerit Propheta: *Sic ait Jehova Zebaoth, dicendo*: nam id ipsum quoque quod propositurus erat, tale erat, quod omnes qui ipsum audituri erant, ad attentam auscultationem excitare poterat, nam propositurus erat eum, quem Deus ipse hoc testimonio commendaturus erat: *Hunc audite*, Matth. 17. v. 5. Jure sanè auditur Dominus, tacent servi, tacent Prophetae, quando Deus ipse loquitur per filium suum, Heb. 1. v. 1.

S. VII.

Non est de nihilo, quòd Zacharias in signem illam de *Pacis Consilio & Messia persona, natura, & officiis* atq; ad ventu doctrinam propositurus ad unius Dei revelationem recurrat, ita enim ostendit, tale hìc revelatum esse *mysterium*, quod non alium possit habere quàm Deum ipsum auctorem, sive respiciamus ipsum illud *Pacis Consilium*, in quo de inveniendò vero salutis medio transactum fuit, sive consideremus ipsum salutis *mysterium* de Messia Θεανθρωπος persona, natura & officiis, sine cujus cognitione salus sperari nequit. Nec etiam credibile fuisset, quod hìc Propheta credendum proposuit salutis *mysterium*, nisi ad Deum ipsum ejus simul auctorem & revelatorem provocare potuisset, dicendo: *Sic ait Jehova Zebaoth*. Ita Deum ipsum primum vaticinii hujus typici auctorem & revelatorem testatur Propheta, sed in specie etiam eum duobus nominibus admodum emphaticis designat, eumque non tantùm

1. יהוה *Jehovam* h. e. *Dominum* vocat, nomine in Ecclesia Dei usitatissimo, sed & aliud nomen addit, eumque vocat

2. צבאות h. e. *Dominum Exercituum*, & ita summum eum in Ecclesia Dei principem ac *Dominum* agnoscit, Utrumque nomen *mysterio* huic à Propheta revelando aptissimum fuit: Nomen enim יהוה peculiarem habet *emphasin* in aeterno illo *Pacis Consilio* ejusque *singulare complementum* habemus in triplici Messia officio. Sed peculiaris *emphasis* nominis *Zebaoth* officio ejus regio & gloriosae Messia exaltationi potissimum videtur esse accommodata. Sed de utroque hoc nomine paucissima quaedam delibabimus.

§. VIII.

De nomine יהוה multa multi, sive *Theologi* sive *Philologi*; ita sanè inter varia *Dei nomina* Hebræa, qualia in Sacra Veteris Testamenti Scriptura occurrunt sive *essentialia*, sive ἐπίθετα ab operibus vel attributis divinis desumpta, præstantissimum hoc suo quodam jure censetur, variæque de eo quæstiones formantur, quas nos ferè omnes vel ad ejus *punctuationem & lectionem*, vel ad ejus *significationem & usum* non incommodè referri posse censemus. De genuina sanè nominis illius τετραγραµµατος *punctuatione & lectione* non eadem omnium est sententia, nec res difficultate caret: ea tamen sententia potior nobis semper visa fuit, quæ nomen istud ita ut scribitur, legendum censet, ut ita & qui legit, & qui vocem istam eo quo scribitur modo legi audit, quæ sic in textu nominis *emphasis* intelligat, quam necessariò ignorabit, qui ejus loco non nisi יהוה legi audiet. Verùm nos accuratiorem horum tractationem *Philologis* relinquimus.

§. IX.

Alia sunt, quæ curatius hîc scrutantur *Theologi*, de vera scilicet nominis hujus *significatione & usu*. Sunt qui ad nominis hujus originem attendentes Deum ab *existendo* ita dictum volunt, eò quòd Deus sit ens à se ipso & necessariò existens, independens & existentiam dans omnibus creaturis: ita præcipuè *Dei aternitatem* hoc nomine designari pertendunt, undè etiam Genevenses Bibliorum Interpretes hoc nomen per *l'Eternel* redderunt, eoque etiam refertur, quòd Johannes Apoc. 1.4.

B

hoc

56

hoc nomen explicet per eum qui sit *ὁ ὢν, ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρ-
χόμενος*. Verum quories consideramus, quod in primo
Geneseos capite, in quo Moses, qua ratione res omnes
suam à Deo & essentiam & existentiam acceperint, de-
scribit, hoc nomen nullibi compareat: quories etiam
attendimus, quod Deus hoc potissimum nomine inno-
tescere voluerit Patriarchis & Ecclesiæ Israëlitiæ, in
cujus gratiam se Deus ex peculiari gratiæ foedere hoc
potissimum nomine ab omnibus aliis fictitiis Gentilium
Diis distinxit: quories denique observamus, nominis
hujus complementum eò demùm tempore apparuisse,
quo Deus promissiones Patribus factas per typicam il-
lam ac solennem populi liberationem ex Ægypto adim-
plere cœpit, ac tandem promissionum omnium com-
plementum in Novo Testamento per Filii sui in mun-
dum missionem, plenamque salutis impetrationem &
applicationem manifestavit: hoc sanè nomen in omni
sua emphasi denotare videtur eum *qui futurus est*, eum
scilicet, qui immutabilis est & quoad naturam & quoad
promissiones, qui complementum dabit omnibus pro-
missionibus, qui reapse futurus est talis qualem se futu-
rum prædixit: *אֲהִיָּה אֲשֶׁר אָמַרְתִּי* *Ero qualem me futuram dixi.* Ita *Jehova* triumphatis omnibus Diis aliis sive falsis
illis in V. T. sive Θεοῖς λεγομένοις & fictitiis Numinibus
aliis in N. T. solus *futurus est* Deus, plenarius ac consum-
matissimus Ecclesiæ suæ Liberator ac Redemptor: ita
nomine tuo יהוה Deus complementum & promisit &
dedit omnibus promissionibus Ecclesiæ quovis tempo-
re factis, sive illis, quæ hactenus per totum Ve-
teris & Novi Testamenti decursum fuerunt adimpletæ,
sive illis quæ adhucdum juxta prophetias olim factas
erunt adimplendæ.

S. X.

Hisce observatis non ita difficile erit respondere ad quaestiones illas, quae de nominis hujus τετραγαμμα-
 τος usu in Scholis moventur: ita apparet. 1. Quòd jure meritoque sacrosanctum fuerit hoc nomen, ejusque profanum abusum tantoperè abominatus fuerit Deus. 2. Cur adeò proprium sibi nomen hoc voluerit Deus, ut illud nulli unquam creaturæ nec angelo alicui creato licet à Deo misso ejusque nomine legato fuerit communicabile. 3. Quomodò quamvis nomen hoc cognitum jam fuerit Patriarcharum tempore ante Mosen, ipse tamen Deus profiteatur Exod. 6. 3. se nomine suo יהוה illis non fuisse cognitum: Quia scilicet hætenus non ita manifesta viderant hujus nominis complementa, qualia Deus ipsis ostendit in miraculosa illa liberatione ex Ægypto & qualia deinceps iis ostensurus erat. 4. Quomodò hoc nomen in SS. Trinitate non uni tantùm Patri, sed Filio præcipuè atque ipsi etiam Spiritui Sancto conveniat. Id quod tamen cum nonnullis probare non contendimus vel ex tribus illis distinctis literis quiescentibus יהו in voce יהוה vel ex Scriptione illa extraordinaria cum triplici Jod in Manuscriptis quibusdam antiquissimis Paraphrasium Chaldaicorum: Sed ex ipsa potius nominis significatione & usu, undè non pauca in Scriptura Sacra loca occurrunt, in quibus nomen יהוה de Filio Dei præcipuè nobis est intelligendum. Exemplo potest esse vel ipsa hæc de venturo Messia *Propheta, Sacerdote & Rege* magno prophetia quam Propheta à יהוה צבאות *Jehova Zebaoth* se accepisse testatur.

§. XI.

Gravissima sanè & emphatica admodum fuit hæc de futuro Messia prophetia, in qua tam illustria de eo vaticinaturus erat Propheta, ut prophetiæ hujus auctorem non יהוה *Jehovam* tantum vocare, sed & nomine צבאות *Zebaoth* eum insignire voluerit. In Scriptura Sacra non tantum *Angeli* צבא *Exercitus* vel צבאות *Exercituum* nomine veniunt, sed *astra* quoque & alia Dei *creatura* sive in coelo sive in terra, quia omnium istarum creaturarum Dominus est Deus, quæ ipsi ad nutum serviunt & in convenientissimo semper ordine se ad nutum Dei sistunt; atque hinc Deus צבאות h. e. *Exercituum Deus* aliquando in Scriptura vocatur; ita de nomine צבאות an inter Dei nomina referendum quoque sic quaeritur; ita sanè fuerunt, qui nomen hoc Dei nominibus vel epithetis annumerare noluerunt, illudque tantum in casu obliquo & in statu constructo de Deo prædicari statuerunt; undè reddiderunt *Dominum* vel *Deum Exercituum*: *Herz* oder *Gott der Heerscharen*.

§. XII.

Nos quod attinet, quoties nomen אלהי in statu constructo vocem צבאות præcedit, eo sanè casu Deum quidem describi, non tamen peculiari aliquo nomine eum nominari censemus: Sed alia est ratio nominis צבאות, quoties nomen istud cum nomine יהוה vel cum nomine אלהי non in statu constructo, sed in appositione conjunctum, & in casu recto de Deo prædicatum reperitur; eo enim casu nomen hoc proprium est solius Dei; fatemur equidem, quòd nunquam nomen

men istud ab omni alio divino nomine separatim Deo attributum legamus, quemadmodum alia nomina divina separatim Deo attributa leguntur: sed tamen sæpè etiam occurrit nomen istud cum alio nomine divino per appositionem tantum conjunctum: quo sanè casu cum non sit in statu constructo, nomen hoc meritò Dei proprium esse judicamus, nec tunc per *Dominum Exercituum*, sed in appositione potiùs per *Jehovam Zebaoth* reddendum: atque hoc ipso sensu Propheta noster Zacharias *Jehovam Zebaoth* nobis sistit, quando de gloriosissimo *Viri Germinis & Messia regno* hìc vaticinatur,

§. XIII.

Hæc de *præfatione*, quæ ad authoritatem conciliandam & ad attentionem excitandam tota comparata est: Id ipsum quoque facit excellentissima hujus vaticinii materia, quippè in quo insignis continetur promissio ac *descriptio futuri Messia*, cujus *personam & munus* ita describit Propheta, ut simul quoque originem & *fontem* nobis aperiat, *Pacis Consilium*, ex quo totum illud salutis mysterium promanat. Rem sanè gravissimam & attentione dignissimam se propositurum Propheta docet, præmissâ illa vocula *הנה* *Ecce*. Frequentissimè hæc occurrit in Scriptura Sacra in frontispicio alicujus sententiæ: ita autem adhibetur vel ad significandam rei, quæ quasi digito monstratur *præsentiam*, vel ad indicandam rei *future certitudinem*, vel ad proponendam rei *gravitatem* ac momentum, ut ita doceatur, rem quæ proponitur esse vel attentione vel fide, vel admiratione vel commiseratione vel existimatione nostra dignissimam. Multiplicem istum voculæ hujus usum si hìc observemus.

B 3

judica-

56

judicatu non erit difficile; quæ causa fuerit Prophetæ hunc quasi *asteriscum* & nota benè in hoc & similibus de Messia vaticiniis præmittendi: vid. Esa. 7. 14. Zach. 3. 8. 9. ita videmus, qua cum fidei certitudine audienda nobis hæc mysteria, qua cum attentione ea nobis meditanda sint, & quo cum affectu ea nobis sint excipienda: ita sanè quoties Deus vel per servos suos prophetas vel per seipsum nos compellat: *Ecce*, non tantùm aperiendi nobis sunt oculi, sed & arrigendæ sunt aures. mensque tota pronissimo cum affectu rei proponendæ debet esse intenta.

§. XIV.

Vaticinii hujus v. 12. 13. contenti duæ possunt constitui partes: *Prior* nobis *Messia personam* & *munus triplex* gloriosamque *muneris triplicis* functionem; *Posterior* autem *mysterii illius* *Originem* in *Consilio Pacis* describit. *Persona descriptionem* ita instituit Prophetæ, ut simul *Messia Personam*, *Nomen*, *Naturam* ac duplicis naturæ *Originem* pandat. *Futurus Mundi Messias* debuit esse *Deus* & *Homo*, verè Θεάνθρωπος, ex duabus naturis, *divina* & *humana* constans, sed tamen non nisi *una* tantùm debuit esse *persona*: ita eum etiam tanquam personam unam proponit Zacharias, quando eum υἱὸν h. e. *virum* vocat: *Ecce virum*.

§. XV.

Nomen hoc *Deo* aliquando opponitur: ita enim c. g. Hof. 11. 8. *Deus ego* & *non vir*: Sed eum, qui à Prophetæ hinc *vir* vocatur, *Deum* etiam esse postmodum videbi-

debimus: *Vir* tamen fuit, quia *homo* fuit & talem oportuit esse Messiam, quia *natura humana* necessaria fuit ad munus Mediatoris obcundum, sive *Propheticum*, sive *Sacerdotale*, sive *Regium*. Nec enim potuisset esse magnus ille *Propheta* à Deo olim promissus Deut. 18. 15. & à Deo in tempore missus, ut per eum tanquam per filium suum loqueretur ultimis temporibus Heb. 1. v. 1. nisi homo quoque factus fuisset: ideo ὁ λόγος σαρκὶ ἐγένετο Joh. 1. v. 14. *Sacerdos* etiam esse non potuisset, nisi homo quoque fuisset Heb. 5. 1. Sed ut *Rex* etiam esset, debuit esse verum Davidis semen ejusque filius & successor. 2. Sam. 7. 12. Esa. 9. 5. 6. Luc. 1. 32.

§. XVI.

Præter nomen אִישׁ sunt & alia in Lingua Hebræa nomina, quibus *homo* designari solet, qualia sunt אָדָם & אָנוּשׁ: inter quæ vulgò hæc statui solet differentia, quòd אָדָם *hominem vilem* atque *plebejum*, אָנוּשׁ *hominem miserum & infirmum*: אִישׁ verò *hominem excellentem*, dignitate vel potentia vel alia aliqua qualitate illustrem significare velint, undè orta differentia inter בני אָדָם & בני אִישׁ *filios hominis & filios viri* h. e. inter homines viles atque plebejos & inter viros illustres. Sed haud abs re factum hoc loco, quod *Propheta* nomine אִישׁ potius designare voluit Messiam: quamvis alia quoque dentur Scripturæ loca, in quibus Messias illis etiam nominibus designatur, quæ miserum & calamitosum ejus statum designare videntur: ita enim Pl. 8. 4. *Quid est אָנוּשׁ homo calamitosus & infirmus, quod recorderis ejus? & אָדָם בֶּן אָדָם filius hominis vilis, quod visites eum? quem locum de Messia intelligendum Apostolus docet Heb. 2. 6.*

ita

56

ita Christus Psal. 22. 7. propter summam exinanitionem sibi *איש* viri nomen tribuendum negat : *Sum vermis & non איש vir excellens, opprobrium אדם vilium hominum & contemptus populi.*

§. XVII.

Ita alibi quoque maxima Messiae exinanitio similibus phrasibus designatur ; nam ad stuporem plurimorum corrupta erat *מאיש* *præ viro eccellente species ejus & forma ejus מכני אדם* *præ filiis hominum* Esa. 52. 14. h. e. ut neque fuerit vir excellens & ne quidem formam filii hominis habuerit. Hinc ipse contemptissimus vocatur *איש הרל* *deficiens præ quibuscunque excellentibus viris*, & si vocatur *איש* *מכאבות* *איש* *vir excellens quoad dolores* Esa. 53. 3. Pilatus olim summæ hujus exinanitionis intuitu Jesum flagellatum populo ostendens exclamavit : *ידו' אὐτῶπι* : *Ecce homo.* Joh. 19. 5. Zacharias hoc loco Messiam Prophetam, Sacerdotem & Regem nostrum summâ gloria coronatum considerans admirabundus exclamavit : *ידו' אὐτῶπι* *ecce virum* ; ibi Jesum consideravit Pilatus tanquam *איש מכאבות* *virum insigni dolore affectum*, hinc autem eum consideravit Prophetam tanquam *איש ימין* *virum dextra Dei* Pl. 80. 18. qui *insignitè pulcher est אדם מכני* *præ filiis hominum vilium* Pl. 45. 4.

§. XVIII.

Ita Messias ille à Deo olim promissus, & suo tempore, scilicet *ἐν πληρώματι τῆς χρόνης* in mundum mittendus debuit esse *verus homo*, non tamen *merus homo* : Utramque ejus naturam in una persona Sacra Scriptura ubiquè clamat : ita in N, T. e. g. Gal. 4. v. 4. Apostolus
Filium

Filium Dei vocat, sed *factum ex muliere*, Phil. 2. v. 6. 7. eum quidem *fuisse in forma Dei*, sed *exinanitum* tamen fuisse & *formam servi accepisse* docet: ita quoque Messiam jam olim descriperunt Prophetæ, ut *verum hominem*, non tamen ut *merum hominem*: Nam Esaj. 7. 14. *filius ille virginis* post plura sæcula concipiendus & nasciturus debebat esse *Immanuel*, & dominus Israël's jam eo tempore & populi sui adversus hostes assertor: ita Esa. 9. 5. 6. puer ille nasciturus & regnaturus in throno Davidis, proponitur ut *homo* tanquam *filius nobis dandus*, & ut *Deus*, quia inter titulos suos habet, quod sit אֱלֹהֵי גִבּוֹר *Deus fortis* & אָבִי עָדָי pater æternitatis: ita & Zacharias noster Messiam vocat אִישׁ אֲדָמָה ad indicandam naturam humanam, sed eundem tamen non fore ψιλὸν ἀνθρώπον *merum hominem*, & sequens ostendit descriptio, & manifestè docet additum à Propheta nomen צֶמַח *Germen*, quod ipsum etiam *duplicem Messia naturam*, & *duplicem* ejus originem haud obscurè nobis aperit.

§. XIX.

Viro nempè illi à Prophetapromisso nomen tribuitur *Germinis*: צֶמַח גֶּמַח *Germen* est vel erit *nomen ejus*: quo nomine docemur 1. vaticinium hoc esse intelligendum de ipso Messia, quippè quem hoc nomine sæpiùs designari agnoscunt ipsi Judæi. 2. Virum illum futurum esse reverà θεὸν ἀνθρώπου, qui simul futurus sit & *Filius Dei*, *Filius altissimi*, Luc. 1. 32. *Patris cælestis germen*, ἀνατολὴ ἐξ ὄψεος Luc. 1. 78. & simul *filius* Patris sui Davidis progerminans & procreescens ex trunco succiso Isai, sessurus ideò in throno Davidis Patris sui. Luc. 1. v 32.

C

§. XX.

56

§. XX.

Messia hoc esse nomen & de *Messia* intelligenda esse vaticinia, quæ de *Germine* loquuntur, probatu non erit difficile : Non quòd eo nomine tanquam proprio in communi hominum societate nominandus fuerit *Messias*, quemadmodum nec nominandus erat nomine *Immanuel*. Esa. 7. 14. sed quòd quoties de *Viro Germine* vaticinati sunt Prophetæ, non alium quam ipsum *Messiam* hoc nomine intellexerint : Hic enim est *Servus ille Jehova*, de quo etiam sub hoc nomine vaticinatus est idem *Zacharias* cap. 3. 8. *הנהני מביא את עבדי צמח* *Ecce Ego adducturus sum Servum meum Germen* : quem *Messiam* esse manifestè docet *Chaldæus* Prophetarum *Paraphrastes* *Jonathan Uzielides*, qui verba ista sic παραφράζει *הנהני מביא את עבדי משיח ויתגלי* *Ecce Ego adduco Servum meum Messiam qui revelabitur*. Non ergò mirum, si verba textus nostri : *הנהני מביא את עבדי צמח* *Chaldæus* reddat : *הנהני מביא את עבדי צמח* *Ecce Virum, cui Messia nomen est*.

§. XXI.

Eodem modo de *Messia* intelligenda & explicanda docet *Paraphrastes Chaldæus* etiam alia Prophetarum Loca, in quibus nomen *צמח* occurrit : ita enim *Jerem.* 23. v. 5. *Deus* promisit, se excitaturum *Davidi צמח צדק* *Germen justum*, quod *Chaldæus* interpretatur *Messiam justum* : *Jerem.* 33. v. 15. pro eo quod est in *Hebræo* *אצמיח לרוי צמח צדק* *Germinare faciam Davidi Germen justitia*. *Chaldæus* habet : *אצמיח לרוי צמח צדק* *Suscitabo Davidi Messiam justitia* : Hic *Germen justitia* nonnulli interpretantur *Germen misericordia*.

die erga indigos & indignos, quæ vocis κηρυ significatio hoc sensu aliàs non infrequens est, undè Psalterium etiam toties ad *justitiam Dei* provocasse videmus misericordiam ejus imploraturum, & *Germen ex alto nos visitasse* dicitur per viscera misericordiae Dei nostri, Luc. 1. 78.

§. XXII.

Illustris etiam est locus hîc minimè omittendus, qui occurrit Esa. 4. 2. ubi יהוה צמח *Germen Jehovæ* Chaldaeus vertit per משיחא דיהוה *Messiam Jehovæ*: undè probare non possumus alienam τῶν LXX. in hoc loco versionem, qui pro eo quod est in Hebræo יהוה צמח יהוה צמח reddunt: ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάυσει ὁ Θεός: ita enim צמח in præterito legisse videntur, quod alibi etiam reddunt per verbum ἀνατέλλειν, quod de lumine quoque usurpatum legitur, unde φῶσφορ dicitur ἀνατέλλειν 2. Pet. 1. v. 19. Fatemur equidem, quod in loco illo Esa. 4. 2. יהוה צמח alii accipiant pro *Ecclesia repullulante ex reliquiis Israël* q. d. Ecclesia è reliquiis Israël collecta erit ornatissima: alii pro *donis spiritualibus*, quæ Jehova in Ecclesiam profundit, quomodo intellexit gravissimus aliàs & judiciosissimus Interpres b. m. *Calvinus*: Verùm cum proprium apud Prophetam nomen Ecclesie sit Israël aut reliquia Israël (verba sunt Doctus Junii ad h. l.) præterea gratia sive dona Dei evidentissimis verbis exprimantur, deinde hoc proprium sit attributum Christi, quod deinceps procedente tempore copiosius exposuit idem Prophetas inf. cap. 11. cujus summam hoc caput continet, interpretationem hanc de Christo aliis prætulimus: denique ipsa quoque verborum consecutio simplicius ita construitur, quàm si dixeris, erit germen Jehovæ reliquiis Israël

lis i. e. germinabunt à Jehova : Dona verò nusquam sic appellatur, sed Christus ipse hanc appellationem & cognatas obtinet. Es. 11. Jer. 23. & 33. Zach. 3. & 6. Haftenus Junius, qui Calvinii illam de Germine explicationem non immeritò improbat : Sed improbanda tamen etiam sinistra quorundam Lutheranorum de Calvino suspicio, ac si hac ratione pro more suo eludere voluisset in gratiam Judæorum egregium pro Deitate Messiae argumentum.

§. XXIII.

Eo potius nomine suspectus esse deberet Hugo Grotius, quòd Judæis gratificaturus clarissima Veteris Testamenti vaticinia de Messia corrumpere & in sensum planè alienum detorquere conatus est : ita enim Judaicam planè glossam sapit quam hic profert : *Germen*, inquit, *Domini sunt primo sensu reliquia exulum, qua Esdra & Nehemia temporibus domum reverse laudabilem vitam duxerunt ; hæc, inquit, rursus germinabunt & in pristinam ubertatem & gloriam eveherentur, ita tamen ut μυσικὸς etiam Christum & Christianos intelligi posse concedat.* Sed ita multiplicem Scripturæ sensum fingit, sensumque illum primarium nullo idoneo Scripturæ argumento probat, & ut dictum, id unum agere videtur, ut quæcunque urgemus illustria Prophetarum de Messia oracula, è Christianorum manibus excuciat ; ita qui Christum in Veteri Testamento agnoscere non potuit, nec Antichristum videre voluit in Novo Testamento.

§. XXIV.

Nos ergò cum Chaldaeo Interprete omnia illa Prophetarum

phetarum de *Germinis* oracula allegata de Messia intelligenda pertendimus, nec dissentiunt plerique ex Veteribus Hebræi, qui nomen etiam גֶּרְמִינִים *Germinis* Messiae nominibus annumerare nulli dubitarunt. Observarunt etiam Cabbalistæ, nomina ista צמח & מנחם *Consolator*, παράκλητος eundem numerum efficere per Gematriam, scilicet 138, ac verò nomen מנחם inter Messiae nomina ab Hebræis numerari constat. Verùm nos hanc conjecturam suis authoribus relinquimus & iis qui sibi in ejusmodi nugis placent: quibus etiam annumerare possumus absurdam illam Cornelij à Lapide conjecturam in Zach. 3, 8. quâ voluit צמח per metathesin idem esse quod משח : Quod enim literam ψ in voce משח & literam χ in voce צמח affines esse literas, & utramque Latinum S valere pertendit, parum ad rem facit.

§. XXV.

Sufficit hîc monuisse, quod à prisca Hebræorum Catechesei recedant Judæi recentiores, Abarbenel & alij, qui per *Germen* illud Prophetis celebratum non Messiam, sed *Zerobabelem* intelligendum pertendunt, ex cujus tandem locogermnaturus sit Rex Messias. *Germen* autem vocari dicunt *Zerobabelem*, quòd velut surculus renatus esset ex arbore Davidis quasi præcisa, *germen* autem *justum* vel *germen justitie* nominari, eò quod esset justus amator & æqui. Verum absurda est hæc Judæorum & Grotij hac in causa Judaizantis glossa, *Zerobabel* sanè intelligi nequit, qui jam tum fuerat senex, & jamdudum princeps, sed precarius & delegatus sub Rege Persarum, neque sedit in solio regni, ut regnaret cum ἐξουσία ; adde quòd postmodum etiam ostensurimus,

simus, eundem illum, cujus *regnum* hinc prædicatur, futurum etiam fuisse *Sacerdotem*, per quem *Jehosuan* intelligendum malè statuit Abarbenel; malè etiam statuit R. Schelomo Jarchi, omnia quæ à Zacharia de *Germinis* dicuntur, non esse intelligenda de Messia, sed de domo secunda, ita enim quæ subordinata sunt opponit, cum tamen & de Messia & de domo secunda hæc sint intelligenda, ad cujus gloriam Messia adventus pertinet.

S. XXVI.

Sed si ipsa *Germinis* prædicata attentius consideremus, ac probè attendamus, quâ ratione & Zacharias noster & Esajas & Jeremias *Germinis* istud describat, non ita facile apparebit, quomodo & quo sensu Zerubabeli hæc attribui queant, sed apparebit potiùs, oracula ista de non alio quàm de Christo vero Mundi Messia esse intelligenda: Nam *a.* *Germinis* illud *justum* vel *Germinis justitia* vocant Prophetæ, eò quòd Messias non tantum futurus sit justus in se, sed omnis etiam justitiæ author & adductor, *adducturus justitiam seculorum*, Dan. 9. 24. & futurus *Jehova justitia nostra*, Jerem. 23. v. 6. *β* *Germinis* illud erit *Servus Domini* Zach. 3. 8. voluntatem ejus faciendo, docendo, benefaciendo, moriendo. Ps. 40. 9. Heb. 10. 7. Esa. 42. 1. & 43. 24. & 53. 13. Phil. 2. 7. *γ* *Germinis* istud futurum est Ecclesiæ *fundamentum*, *placamentum*, *ornamentum*, lapis angularis & *victima piacularis*, Ecclesiam suam virtute sua protegens, morte sua redimens, à peccatis sanguine suo ablvens. *δ* *Germinis* istud *prosperè acturum & erecturum* justitiam & iudicium in terra, quibus verbis Catholicum Christi regnum & prospera

spera officij regij expeditio designatur : ita ut sub hoc regno futura sit Judæ salus & Israëlî secunda habitatio. 4. *Germen* istud futurum est tale , sub quo & ex quo germinatura est multitudo ramorum i. e. fidelium. 5. *Edificaturum* est templum Jehovæ spirituale i. e. Ecclesiam ; & 6. *coronandum* denique corona gloriæ h. e. gloriosi Sacerdotii & regni æterni. Quæ sanè sunt efficacissima argumenta , quæ ea. quæ de *Viro Germine* vaticinati fuerunt Prophetæ , non de *Zerobabele* sed de *Messia* ipso intelligenda esse evincunt.

§. XXVII.

Sed omnem pertinaciam superat argumentum ab ipsa nominis illius צמח h. e. *Germinis* significatione desumptum , cum ita nomen hoc explicent Prophetæ & *Germen* hoc ita describant , ut hac ipsa descriptione Messiam fore Θεοῦ υἱοῦ , duplicem ejus fore naturam , duplicemque originem , & ita maximum illud *Incarnationis* mysterium haud obscure doceant : ita sanè Esajas cap. 4. 2. Messiam vocavit צמח יהוה *Germen Jehova* , ut ostenderet ipsum fore Dei filium , natura divina præditum , sed & פרי ארץ *fructum terra* vocavit eundem , ut ostenderet , eum fore hominem , nasciturum ex semine Davidis , Mariæ filium & futurum germen ex trunco succiso Isai. Eadem quoque Zachariæ nostro mens fuit : nam quòd Messiam vocat צמח *Germen* , naturam ejus divinam innuit , eumque Patris Cœlestis germen & naturalem esse *Dei filium* ostendit : quod verò de hoc *Germine* statim subjungit , ומתחתיו יצמח id qua ratione tanquam verus homo germinaturus sit ex trunco succiso Isai & nasciturus ex virgine ostendit.

XXVII.

56

§. XXVIII.

Equidem verum est, gravissimos esse Theologos & laudatissimos Sacrae Scripturae interpretes, qui istam *Germinis* nomenclaturam non tam ad divinam ex Patre originem, quam ad humanum ex Virgine ortum referendum censent. Hi nempe nomine $\eta\mu\chi$ *Germinis* denotari pertendunt. 1. Nativitatem Messiae terrenam & temporalem, ita ut instar furculi proditurus esset ex terra, & ex trunco Isaj velut succiso & emortuo ferè, omni ramorum, frondium & viroris gloria destituito. 2. Tenuem illam & abjectam Messiae conditionem, $\mu\omicron\rho\phi\eta\acute{\nu}$ $\delta\epsilon\lambda\epsilon$ in assumpta natura humana. Phil. 2.7. 3. Succum ejus vitalem, virorem, florem, odorem fructumque suavem cum doctrinae tum vitae Messiae incarnati & inter homines versantis filij Dei, talem nempe qualis esse solet in *germine*. 4. Infectionem & inoculationem fidelium in hoc furculo vel *germine*; in hunc enim furculum insitae sunt fidelium animae tanquam totidem Dei plantae: quae ut manibus Dei, h. e. omnipotente Spiritus Sancti vi sunt plantatae in Christo, inoculatae insitaeque per fidem, ita in eodem excoluntur, & ex eo velut germina è furculo efflorescunt: atque eò potissimum respicere volunt Prophetam, quando subjungit, tanquam nominis $\eta\mu\chi$ rationem redditurus: $\eta\mu\chi$ $\eta\tau\eta\tau\eta\tau\eta$.

§. XXIX.

Verum nos & nomine $\eta\mu\chi$ *Germinis* & subjuncta illa *germinis* descriptione in verbis $\eta\mu\chi$ $\eta\tau\eta\tau\eta\tau\eta$ utramque istam originem & utramque naturam in uno Messia

ſia Θεανδρώπῳ indigitari pertendimus. Duplex enim
 eſt προγεῖταις *progerminatio*, duplex ἀνατολή, duplex eſt
filiatio, ſed unus tantum eſt *Filius*, unum tantum eſt
germen; Duplex eſt generatio Filij Dei & Meſſiæ no-
 ſtri, alia enim facta eſt *ab æterno*, per quam Deus Pater
 cœleſtis eſt προγεῖταις *progerminare faciens* Filium ab æter-
 no per naturalem generationem, ita ut Meſſias ſit na-
 turalis, coeſſentialis & coæternus Patris cœleſtis filius:
 alia verò facta eſt *in tempore* per miraculoſam nativita-
 tem ex Virgine juxta promiſſionem Patribus factam ex
 vero Davidis ſemine ſecundum carnem; Illa eſt προγεῖταις
 ἠλϋμο ἀνατολή ἐξ ὑψους h. e. *progerminatio ſive germen ex*
alto: hæc verò eſt προγεῖταις ἀνατολή ἐκ βάθους h. e.
progerminatio ex profundo ſive ex terra, quâ ipſe Dei Fi-
 lius ὁ ἀνωθεν ἐρχόμενος *ſupernè veniens* I. Cor. 15. v. 47.
 καὶ ὁ Κύριος ἐξ ἔρανθ *Dominus de cœlo descendit eis τα*
κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Eph. 4. 9. h. e. ut nonnulli ex-
 plicant, in uterum virginis, ut inde progerminaret tan-
 quam ſurculus ex trunco ſuccifo Iſai.

§. XXX.

Utrâmq; ergò *progerminationem* à Propheta Za-
 charia designari pertendimus: nam priore illa & abſo-
 lutâ vocis προγεῖταις ſignificatione æternam illam ſpiritua-
 lem & ineffabilem Filij Dei à Patre generationem, po-
 ſteriore autem illius progerminationis deſcriptione ejus
 ex virgine & in ſtatu humili nativitatem humanam in-
 dигitari cenſemus: Ita Eſaj. 4. v. 2. Meſſiam vocavit
 προγεῖταις h. e. vel per appoſitionem: *Germen Jehova* ad
 indicandam veram Meſſiæ divinitatē, ita ut Germen
 iſtud revera ſit Jehova, & unâ cum Patre verus, coæ-

D

ternus

56

ternus & consubstantialis Deus : vel in statu constru-
 cto *Germen Jehova*, propter generationem æternam &
 ineffabilem, per quam naturalis est, coæternus & con-
 substantialis æterni Patris Filius: vel etiam propter con-
 ceptionem & nativitatem miraculosam ex virgine, per
 hanc enim ut talis declarandus erat, qui per generatio-
 nem æternam Filius erat Dei altissimi verumque *Ger-
 men ex alto* Luc. 1. v. 35. ita rei certa manifestatio indu-
 bium est nominis non frustra impositi indicium: Res
 aliquando dicuntur fieri, quando declarantur esse: ita
 miraculosa Christi Messiaæ nostri incarnatio, vocatio, re-
 surrectio & ascensio gloriosa certissimum est generatio-
 nis ab æterno factæ indicium. Ps. 2. 7. coll. cum Luc. 1.
 v. 35. Act. 13. 33. Heb. 1. 5. & 5. 5.

§. XXXI.

Hunc nostrum Zachariæ locum ita explicare nos
 docet Zacharias alter, Pater Johannis Baptistæ in
 Cantico suo, in quo nomen illud $\eta\delta\upsilon$ explicat per *ἀνα-
 τολήν ἐξ ὕψους* Luc. 1. 78. ubi viscera misericordiæ divinæ
 celebrat vir *θεόπνευτος* Θ , quibus nos visita verit *ἀνατολήν
 ἐξ ὕψους*. Novimus equidem, quod nonnulli hîc *ἀνατο-
 λην ἐξ ὕψους* cum Vulgato reddant *Orientem ex alto*: Sicut
 & idem Vulgatus vocem $\eta\delta\upsilon$ per *Orientem* reddidit in
 Veteri Testamento. Novimus etiam varias esse vocis
ἀνατολῆς significationes, cum ea aliquando denotetur
 1. *Ortus Solis vel Luna*, undè & ista luminaria dicuntur
ἀνατέλλειν. 2. *Locus seu regio in cælo, ubi Sol oritur, vel in terra,*
 ita enim *ἀνατολήν seu oriens* vocatur Matt. 2. 2. *vidimus enim
 stellam ejus ἐν ἀνατολήν in oriente.* 3. *Germen quod ex terra
 oritur vel ex arbore crescit*; ita sanè verbum Hebræum
 $\eta\delta\upsilon$

ημυ vel ηηβ LXX. aliquoties reddiderunt per ἀνατέλα-
 λειν & nomen ipsum ημυ per ἀνατολήν, quoties nempe
 hoc interprete Chaldaeo Messiam designat, loca superius
 allegavimus: atque hoc etiam sensu Apostolus intelle-
 xisse videtur, quando Hebr. 7. 14. dixit. Christum ἀνα-
 τεταλέναι ἐξ Ἰούδα h. e. *germinasse ex tribu Juda.* Sed
 Luc. 1. 78. per ἀνατολήν *Orientem* potius quam *Germen*
 designari contendunt nonnulli ex circumscriptione ad-
 dita ἐξ ὕψους *ex alto*: undè Doctis. *Piscator* & alii vo-
 lunt. Zachariam Luc. 1. 78. non ad illa Prophetarum
 loca respexisse, in quibus ημυ *germen* vocatur Messias,
 sed ad illa potius loca, in quibus Messias *Stella*
 vel *Solis* nomine insignitur, ut Num. 24. v. 17. Mal. 4.,
 v. 2. idque ex elogio hujus ἀνατολής probare conantur
 quod additur versu seq. 79. cum non *germinis*, sed lu-
 cidissimi *Luminaris* effectus sit ἐπιφανῆσαι τοῖς ἐν σκότει
 καὶ σκιᾷ θανάτου καὶ θημένοις.

§. XXXII.

Sed nobis tamen magis probatur ea interpretatio,
 quâ Luc. 1. 78. ἀνατολήν ἐξ ὕψους redditur *germen ex alto*,
 allusione facta ad Prophetarum ημυ in specie verò ad
 nostrum Zachariæ locum, ubi duplex Messiae *germina-
 tio* indicari videtur, ut dictum: alia *ex alto*, cum Pro-
 pheta eum absolutè vocat ημυ *germen*: alia *ex terra*,
 cum addit ημυ ἔτι καὶ ἡμυ & *germinabit sub se* vel *ab in-
 fra*: Priorem indicavit Zacharias Baptistæ Pater, quandò
 Messiam vocavit ἀνατολήν ἐξ ὕψους: posteriorem vero in-
 dicavit idem in voce ἐπεσκέψατο *visitavit* nos scilicet
 per incarnationem. Ita ergò Metaphoricum hoc *Germi-
 nis* nomen originis & filiationis nomen est, & Messiam
 docet esse filium Patris cœlestis ab æterno genitum jux-

ta illud Ps. 1. 7. undè frequentissimum illud *Filii Dei* in N. T. nomen, quo Messias toties insignitur, quoque jam in V. T. designatus fuit, undè Esaj. 9. 6. *Filius nobis datus dicitur*, & Ps. 72. v. 17. secundum nonnullos tam Judæos quàm Christianos inter Messia nomina etiam refertur *בן* *Filius*, quamvis sint qui illud verbaliter per *sobolescet*, *propagabitur* interpretentur. *Germen* filius est plantæ & ejusdem est cum planta naturæ: Sicut autem in generatione rerum corporearum quod generatur ejusdem est naturæ cum generante, ita idem quoque & specialius adhuc locum habet in generatione spirituali, ut videre est in variis mentis conceptibus: & ex hujus generationis spiritualis intuitu Messias non tantum *Filius Dei* vocatur sed & *Sapientia* nomine venit Prov. 8. quo etiam facit frequentissimus ille τὸ Λόγος titulus, quippè quo non tantum sermo προφορικός & ore prolatus, sed præcipuè quoque sermo ἐνδιάθετος in mente designatur, quo etiam respexisse videntur Scholastici, quando Filium per *intellectum* à Patre genitum dixerunt.

§. XXXIII.

Ad ejusmodi etiam *germinationem* & *generationem* divinam ac spiritualem planè respexisse videtur Apostolus Heb. 1. 3. quando Christum vocat ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ: ubi Syrus Interpres vocem ἀπαύγασμα reddidit per vocem Syriacam צמח, quæ in Lingua Hebræo-Syra & *germen* & *splendorem* notat, unde Tremellius observat. hac voce *aternam Filii Dei generationem* indicari. Eodem etiam sensu *צמח* h. e. *efflorescentia* vocatur. Malach. 1. 12. quod idem est cum תנובה & צמח
 ט

ut ita etiam notetur Filius ex Patre progerminans per naturalem generationem : Ad imitationem & explicationem hujus mysterij referri etiam potest, quòd Antiqui Heroas suos *Deorum germina* vocarunt, undè apud Poetas Ἐρμῆος Ἄρηος *germen Martis*, Διὸς Ἐρμῆος *Jovis germen*, Ζηνὸς Φάλακος *Jovis ramus*, &c. ita Latinum *Pullus* vel diminutivum *Pullulus* & de animalium foetu & de plantarum germine vel stolone ex arborum radice enascente usurpatur, undè etiam *pullulandi* verbum. Eodem sensu Græcum γέννημα & animalium foetum notat, undè γενήματα ἐχιδνῶν *progenies viperarum* Matth. 23. 33. & arboris fructum atque proventum undè γέννημα τῆ ἀμπέλου *fructus vitis* Matth. 26. 29.

§. XXXIV.

Germen ergò vel משי vocatur Messias, quia γέννημα τῆ Πατρὸς, naturalis ac æternus Patris cœlestis Filius, per æternam generationem ab eo progerminans : Interim non negamus, quin futurus etiam fuerit *Germen* & *Semen Davidis* progerminaturum ex trunco succiso Mai, & quin ab eo etiam progerminaturi fuerint fideles Dei filii : Sed eò referri non incommodè potest, quod subjicit Propheta Zacharias : עמך ומוחתתך de quorum verborum interpretatione aliquid etiam ut dicamus, ordo nunc postulat. LXX. ad verbum ea reddunt : καὶ ὑπὸ κάθωθεν αὐτῆ ἀνατελεῖ, Chaldaeus habet : תתך דיתכלי, h. e. *futurus qui revelabitur & magnificabitur*, vel *multiplicabitur*, vel *crescet*, ab adolescentia scilicet in virilem ætatem. Piscator : Er wird auß seinem Ort her für wachsen : Sed Lutherus : under ihm wirts wachsen.

D 3

§. XXXV.

56

§. XXXV.

Ita sanè pleriquè Interpretes rationem hîc contineri volunt illius nomenclaturæ, cur *Germinis* nomine veniat Messias, & *Vau* illud non copulativum tantùm, sed & causale esse statuunt per *Quia* vel *Nam* explicandum: ita sunt qui de *loco* hæc interpretantur. q. d. *Quia è loco suo germinabit*: h. e. ex gente sua, ex domo Davidis, ex tribu Judæ, ex semine Abrahami, ex patria, in qua conceptus, natus & educatus fuit: ita enim conceptus fuit in terra decem tribuum, Jerem. 31. 22. natus in Bethlehem Judæ, Mich. 5. 1. educatus in Nazareth Matth. 2. 32. R. D. Kimchi hoc explicat de Hierosolyma, quia משם תבוא לו המעלה *indè ei veniet magnificentia*. Sunt qui illud מתחתיו interpretantur *sub se vel infra se*: Sunt alii qui illud interpretantur *à seipso*, quia Messias *à seipso* h. e. virtute propria & sine ullis humanis auxiliis exoriturus erat.

§. XXXVI.

Hoc autem intelligunt *a. ratione incarnationis & naturæ humanæ*, quia nasciturus erat ex Virgine per virtutem propriam Divinitatis sine Patre. Genes. 3. 15. Esaj. 7. 14. Jerem. 31. 22. *β. Ratione muneris Sacerdotalis*, ad quod nullum habuit successionis jus, undè de novo constitutus dicitur, Jerem. 30. 21. nec immeritò, quia *ἀνατέταλκε* *germinavit ex Juda*, cui tribui nihil de Sacerdotio locutus erat Moses. Heb. 7. 14. *γ. Ratione muneris regii*, quia natus fuit ex familia Davidis, cujus posteritas ab aliquot jam annis regno fuerat exuta, Jerem. 22. 30. Ezech. 21. 19. 26. & in eum privatorum statum
reda-

redacta, qualis fuit Isai patris Davidis. Esa. 11. 1. *ℓ. Ra-
tione regni & Ecclesiae ex Christo & sub Christo propagan-
da, ita ut ex eo tanquam ex radice multitudo ramo-
rum, hoc est, fidelium progerminatura sit; ut ita pro-
pagetur Regnum Davidis & Ecclesiae. Dan. 2. 34. 41. &
in Christo omnes plantae coelestes germinet aut vireant.
Joh. 15. 2. Eph. 3. 16. 17. 18.*

§. XXXVII.

Ita Messias *צמח* germinabit 1. vel quia stirps est
nova novi generis & filiorum Dei juxta promissionem
Dei & regenerationem tanquam *Adamus Secundus*, eo
ferè modo, quo *Adamus Primus* germen & stirps fuit
totius generis humani; vel 2. Quia egredietur ex trun-
co succiso Isai. Esa. 11. 1. ubi manifesta videtur esse al-
lusio ad hanc Messiae germinationem: *יֵצֵא חֹטֵר מִנֹּעַ*
: *יֵצֵא חֹטֵר מִנֹּעַ* h. e. & egrediet *Virga* vel *surculus* è
radice vel *trunco succiso Isai, & surculus tenellus.* (Vulgatus
malè *strem* reddidit) *ex radicibus ejus efflorescet sive pullula-
bit*: hanc enim Prophetiam cum Judæis vel cum Gro-
tio velle referre vel ad *Ezechiam* vel ad *Josiam* vel ad
Zerubabelem est manifestè textum corrumpere. Syno-
nyma ergò esse & idem significare videntur vocabula
צמח *germen*, & *נצר* & *חטר*, ut & nomen *יונק* Esaj. 53. 2.
in quo loco manifestè quoquè humilis Messiae ortus
indigitatur.

§. XXXVIII.

Nobis sanè *germinatio* ista inferior in verbis illis:
צמח ומתחתיו opposita esse videtur *germini ex alto*, ut ita
deno-

56

denotet ἐπίσκεψιν illam h. e. *visitationem*, incarnationem, & status humilis assumptionem, quàm τῆ ἀνατολῆ ἐξ ὕψους tribuit Zacharias, Luc. 1. 78. Quemadmodum ergò per πρῶτον γερμεν illud & ἀνατολὴν ἐξ ὕψους indicatur Messia origo verè divina atque coelestis filiatio, ita per πρῶτον πρῶτον intelligitur ἀνατολὴ ἐν βάρθης h. e. germinatio, nativitas & origo alia & inferior, quâ Filius Dei factus est filius hominis, quâ σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνησεν ἐν ἡμῖν, qui ab æterno fuerat ὁ λόγος, μονογενὴς παρὰ πατρός. Joh. 1. 14. ita germinare dicitur Messias πρῶτον πρῶτον respectu incarnationis & officii mediatorij, respectu carnis h. e. naturæ humanæ assumendæ, & respectu Ecclesiæ propagandæ.

§. XXXIX.

Utramque Christi *germinationem* & originem sive propriè sic dicti *respectu carnis* ex Virgine assumendæ, sive mystici *respectu Ecclesiæ* propagandæ à Propheta designari docent ea, quæ de ædificando Templo Jehovæ subjungit Propheta, quæ omninò continere videntur explicationem illius מתחת צמחה *germinationis ab infra* quando dicit: ובנה את היכל יהוה : ויהוה יבנה את היכל יהוה : h. e. & *ædificabit templum Jehovæ* : & *hic ædificabit templum Jehovæ* Hæc de Messia Germine esse intelligenda nullum est dubium : ita ut intelligenda sit duplex structura templi Jehovæ, alia per assumptionem corporis humani in incarnatione, alia per ædificationem & propagationem Ecclesiæ, quæ templum est spirituale & mysticum à Messia ædificandum.

§. XL

§. XL.

Non enim de nihilo est, quòd Propheta Zacharias eandem sententiam bis repetere videtur de ædificatione templi loquens, ut ijsdem ferè verbis incipiat versum 13. quibus concludit versum 12. nec enim hæc repetitio mera est ταυτολογία, qualis non facillè tribuenda Spiritui Sancto, nec ad meram emphasin ea videtur referenda, sed mysterium aliquod hîc indigitari censendum est. Quale olim *templum materiale* & lapideum jussu Dei à Salomone extructum fuerit, ex Scriptura notum est: atque hoc fuit *templum primum*, quo diruto aliud ex ruderibus ejus extructum fuit à Zerubabele, quod fuit *templum secundum*: hoc autem ipsum templum secundum octodecim annis ante natum Christum renovatum fuit, undè nonnulli fingunt *templum tertium*: ita sanè Judæi de *triplici templo* materiali in Scriptura sermonem esse statuunt, & *Secundi* structuram Zerubabeli assignatam, *Tertij* autem ædificationem Messie reservatam pertendunt: & ita Prophetam nostrum in priore hemistichio de *Zerubabele* & templo ab eo ædificando, in posteriore autem de *Messia* sermonem facere asserunt.

§. XLI.

Verùm enim verò in textu nostro non nisi de uno *Viro Germine* sermo est, cui utramque ædificationem tribuit Propheta, per *Virum* autem *Germen* non *Zerubabelem*, sed *Messiam* ipsum intelligendum esse, superius jam demonstratum fuit: adde quòd hîc de ejusmodi *templi* structura sermo sit, quæ futura demum sit eo tempore, quo *Vir Germen* h. e. Messias germinaturus erat מן נחמך h. e. tempore incarnationis & Ecclesie in N. T. propagandæ. Quamvis enim נחמך videatur esse in præterito, facit tamen Vau Conversivum præterito præmissam.

E

ut

56

ut significationem habeat præteriti. Templum autem à Zerubabele extructum jam absolutum fuisse videtur eo tempore, quo Zacharias hæc de futura Templi ædificatione prædixit. Nec etiam *materiale templum* hîc cogitari potest, cujus ædificatio Messiaë adscribatur, hic enim juxta Prophetias venturus erat stante adhuc templo secundo. Hagg. 2. 8. Mal. 3. 1. & proindè templum istud materiale nec extructurus, nec renovaturus erat; Adde quòd Propheta non simpliciter, Messiam in templum venturum, sed illud ædificaturum esse dixerit, cùm tamen ex hypothesi ista ita potius loqui debuisset Propheta: & *veniet ad templum Jehovæ* sc. à Zerubabele ex ruderibus restitutum; Imò *veniet ad templum Jehovæ*, quod idem quidem illud, sed nova structura Herodis restauratum: aliud sanè est *in templum venire* & aliud *templum ædificare*.

S. XLII.

Hinc Christianorum alii Spirituale & Mysticum quidem *Templum* hîc intelligunt, sed temporis diversitatem, præteriti scilicet & futuri differentiam à Propheta idè observatam statuunt, ut ita doceret, Messiam esse architectum *Templi Spiritualis* h. e. & Ecclesiæ in V. T. jam ædificatæ & Ecclesiæ in N. T. adhuc ædificandæ: ita conjunctionem *Vau* reddunt per relativum *Qui*, & verba illa יהוה ויבנה את היכל יהוה interpretantur: *Qui ædificavit templum Jehovæ*, eaque explicant de Ecclesia ex populo Isrælitico jam tempore Veteris Testamenti ædificatæ: Verba autem והוא ויבנה את היכל יהוה interpretantur: *Idem etiam ædificabit templum Jehovæ*, eaque intelligunt de Ecclesia N. T. ex omnibus Mundi nationibus construenda Eph 2 19. 20. Verùm cùm *Vau* illud præterito בנה præfixum conversivum meritò sic censendum æquè

æquè ac in versu sequenti in verbis וְיָשָׁב & *dominabitur*
וְיָשָׁב & *sedebit* וְהָיָה כוֹהֵן & *erit Sacerdos*, quæ omnia de
futuro Messiaë tempore necessariò sunt intelligenda, non
videmus, talem hîc Veteris & Novi Testamenti diffe-
rentiam indicari, quamvis aliàs verissimum hoc esse
concedamus. utriusque Ecclesiæ & Veteris & Novi Te-
stamenti Architectum esse Messiam, quippè & *heri* & *ho-*
die eundem & *in sæcula*. Heb. 13. 8.

§. XLIII.

Nos quod attinet, non negamus, mysterium ali-
quod subesse in hac sententiæ hujus repetitione, & duplex
etiam *Templum mysticum*, duplicem etiam ædificationem
ea designari concedimus, sed utramque futuram eo de-
mum tempore, quo Messias carnem assumpturus & pro-
germinaturus erat מִתַּחַתוֹ *ab infra se*. Prior est ædifica-
tio Templi proprii Corporis, qua assumpturus erat Mes-
sias Corpus humanum & in eo habitaturus tanquam in
templo, vel tanquam in tabernaculo; De hac ædificatione
intelligenda sunt verba Prophetæ: וּבְנָה אֶת הַיְכָל וְיָהוָה
& *ædificabit templum Jehovæ*: eodem etiam nos ducit Jo-
hannes cap. 1. 14. quando postquam dixit: ὁ λόγος
& *σὰρξ ἐγένετο* statim subjunxit: καὶ ἐσκήνησεν ἐν ἡμῖν &
habitavit in nobis tanquam in tabernaculo taleque sibi
formavit & adoptavit corpus, ut in eo tanquam in tem-
plo vel tabernaculo habitaret æternus Patris Cœlestis
Filius.

§. XLIV.

Hujus *Templi Mystici* significationem h. e. Corporis
& naturæ humanæ Christi alibi quoque docet Johannes,
quinimò docuit ipse Christus. Joh. 2. v. 19. 21. λύσατε,
inquit Christus, τὸν ναὸν τῆτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερᾶ
αὐτὸν: Hoc autem intellexit περὶ τῆ ναὸς τῆ σώματος αὐτῆ
de

de templo proprij sui corporis, inquit Evangelista Johannes, qui addit v. 22. quòd ipsi Apostoli hujus dicti memores post resurrectionem, non tantum Sermoni Christi, sed ipsi etiam Scripturæ crediderint: undè concludere facillè licet, quòd alicubi etiam in Veteri Testamento Corpus Christi Templi nomine designatum fuerit, id verò vix alibi quàm in hoc ipso Zachariæ dicto clariùs factum apparet. Ita ergò per *Templum* Corpus Messiaë & humana ejus natura designatur. Hoc sanè *Corpus* ejus appellatur. Heb. 10. 10. & *Caro* ejus v. 20. Hæc fuit *Templum* Domini, in quo habitavit *omnis plenitudo Deitatis Corporaliter*. Col. 2 9. in quo εὐσύνωσος Joh. 1. 14. quemadmodum שכינה olim habitaverat in templo.

§. XLV.

Hoc *Templum Jehovæ* sibi Messias ipse extruxit non eo tantum tempore, quo per resurrectionem ex mortuis templum illud & corpus, quod Judæi destruxerant, reædificavit: Sed jam eo tempore quo sibi habitaculum istud in utero materno formavit, juxta illud Luc. 1. 35. Equidem de Deo Patre proficetur Messias. Heb. 10. 5. *Corpus adaptasti mihi*: Sed ipse tamen Messias *Vir Germen* fuit is, qui naturam humanam assumpsit in unitatem personæ: *inchoativè* quidem, ut in Scholis loquuntur, opus hoc fuit commune totius SS. Trinitatis, sed *terminativè* tamen opus hoc fuit solius Filij ac Messiaë nostri. Atque hæc fuit prior illa *ædificatio Templi mystici* per assumptionem naturæ humanæ, de qua Zacharias loqui videtur in posteriore parte v. 12. in quo Messiaë nomen, *personam*, duplicemque ejus *naturam* & originem tam graphicè depinxit.

§. XLVI.

Posterior *ædificatio Templi mystici* facta est per prædica-

dicationem Evangelij, per ædificationem & propagatio-
nem Ecclesiæ, atque de hujus *Templi ædificatione* intelli-
gendus est Propheta v. 13. in quo *triplex* Messiæ *Officium*
Mediatorium, Propheticum, Sacerdotale & Regium & offi-
cij hujus triplicis *gloriosam functionem* in statu exaltatio-
nis describit, ac veram horum omnium originem pandit
in *æterno illo Pacis Consilio*. Quæ omnia ex ordine jam
distinctius explicanda forent: verum ne nimia prolixi-
tas tædium pariat, hæc omnia sequenti Dissertationi re-
servabimus, hæc autem vice hîc abrumpimus, ex hæc-
tenus explicatis nonnisi pauca quædam consuetaria adhuc
subjunctari.

§. XLVII.

Vidimus hætenus egregiam Messiæ *προσωπογρα-
φίαν* à Zacharia institutam, quæ docet eum fore *Θεάνθρω-
πον*, Dei & Mariæ filium, germen Jehovæ, æterni Dei
Patris filium cœlestem, & filium quoque hominis, cujus
ἀνατολή & origo alia sit *ἐξ ὕψους*, alia *κ' βυθους*, alia ex cœ-
lo cœlestis, alia ex terra terrestris: ex hac autem descri-
ptione concludimus

1. Contra Judæos, Jesum Christum esse verum il-
lum Mundi Messiam, in quo omnia illa Prophetarum de
Messia oracula fuerunt adimpleta: nam non tantum ve-
nit eo tempore, quo Messias olim venire debuit, eo loco,
eo modo, ea ætate venit, ea ex tribu ortus, ea in urbe na-
tus, ea in urbe educatus, eaque in regione prædicatus fuit,
in qua oracula divina omnia hæc futura prædixerunt: sed
& omnis ea Messiæ *προσωπογραφία*, quam Zacharias &
alii Prophetæ proposuerunt, exactissimè ei convenit.

§. XLVIII.

2. Contra Socinianos & alios Socinizantes, discimus,
causam illam propriam & immediatam, ob quam Jesus
Christi

Christus sit & dicatur *filius Dei* & *germen Jehovæ* esse æternam ejus à Patre generationem, nec admittendas esse illas quatuor vel quinque alias, quas fingunt filiationis divinæ causas propriè sic dictas, ut sunt *α.* divina illa *fecundatio & conceptio* à spiritu sancto, indeque orta nativitas miraculosa Luc. 1. 35. *β.* *Sanctificatio Christi*, qua ipse fuit à Patre sanctificatus h. e. copiosè nactus fuit spiritum sanctum, & cum divino imperio ac potestate in hunc Mundum missus, ad servandum genus humanum Joh. 10. 35. 36. *γ.* Peculiaris illa *dilectio*, qua hunc filium præ cæteris omnibus Pater dilexit atque complexus est Matth. 3. 17. *δ.* *Resuscitatio Christi* ex mortuis, qua ipsum à morte ad vitam revocavit, & ita de novo quasi genuit Act. 13. 32. 33. *ε.* *Exaltatio Christi* ad gloriam, quâ Pater ipsum collocavit ad dextram suam in coelis, & donavit nomen quod est suprâ omne nomen Heb. 5. 5.

S. XLIX.

At verò hæ non sunt causæ, quæ faciunt ut Messias sit *germen Jehovæ* & filius Dei, sed potius argumenta, quæ eum talem esse demonstrant, undè Rom. 1. v. 14. dicitur, quòd per *resurrectionem ex mortuis* demonstratus sit filius Dei *ἐν δυνάμει* in omni virtute & emphasi secundum spiritum sanctitatis, h. e. secundum naturam divinam. Ipse sanè Messias *germen fuit Jehovæ* & proindè *filius Dei* jam tempore Veteris Testamenti, antequam juxta æternum illud pacis consilium conceptus, natus & exaltatus fuisset. Vera ergò causa fuit *germinatio æterna*, h. e. æterna ex essentia Patris generatio; omne enim *germen* propululat vel efflorescit ex stirpe aliqua aut radice aut semine aliquo. Sed in eo tamen magna est differentia, quòd in progerminatione naturali stirps, radix aut semen præcedat, *germen* autem stirpem vel radicem sequatur; Verùm

rùm hoc *germen Jehovæ* coæternum est Jehovæ : hic Filius Patri coæternus est : *Germinationem* hanc ab æterno factam non uno loco inculcat Scriptura : vid. Psal. 2. 7. Prov. 8. 22, 23. Mich. 5. 2. Joh. 17. 5. æternam ejusmodi mentis productionem ac *germinationem* innuit ipsum quoque *Sapientia* nomen Messia ac germini tributum Prov. 8. ut & nomen Λόγος, quo filius Dei toties in Novi Testamenti Scriptura insignitur.

S. L.

3. Hinc etiam non tantum contra *Arrianos* concludimus. *Germen* illud ac filium Dei ab æterno genitum Deo Patri fuisse coæternum, sed & contra eosdem ac *Socinianos* pertendimus, quod *germen* illud Jehovæ eandem habeat cum Patre *πρωτον* qui *germinare facit*, essentiam & naturam, vel quod verus & naturalis hinc Dei Filius Patri sit *ὁμοσιος*, φως εκ φωτος, Θεος αληθινος εκ Θεου αληθινου ; undè Scriptura N. T. eum vocat τὸν υἱὸν cum articulo Matth. 3. 17. & 16. 16. *filium unigenitum* Joh. 1. 14. 18. *proprium* Rom. 8. 32. *verum* 1. Joh. 5. v. 20. *gignenti per omnia aequalem* Joh. 5. 18. & 16. 15.

4. Apparet hinc etiam contra *Sabellianos*, quomodo Messias, qui *germen* est Jehovæ, quamvis sit ipse Jehova, distincta tamen sit à Jehova gignente & *germinare faciente* persona : alius enim est filius *πρωτον* *germen*, alius est Pater *πρωτον* *germinare faciens* : *Distinctio* tamen hæc nec ad *realem*, nec ad *modalem*, nec ad *rationis* illam est referenda ; sed docendi causa *personalis* potius vocari potest propter distinctos *ὑπάρξεως τρόπους*.

S. L.

5. Apparet etiam contra *Anabaptistas*, quomodo *germen* illud *germinaverit* ab infra & Messias factus fuerit *verus homo* per *incarnationem* & *assumptionem* carnis & na-


56


& naturæ verè humanæ. nobis pr̄ omnia similis excepto peccato.


6. Apparet etiam quomodò non alia Sacro Sanctæ Trinitatis persona potuerit fieri commodiùs *germen* & fructus terræ per incarnationem miraculosam, quam quæ fuit *germen* Jehovæ per generationem naturalem; Non alius poterat commodiùs fieri Filius hominis, quàm qui fuit Filius Dei.


7. Apparet tandem, quomodò qui fuit *germen Jehovæ* factus quoque fuerit *germen hominis* & semen Davidis, illud per nativitatem supernaturalem & generationem æternam, sed tamen propriè sic dictam, hoc per nativitatem miraculosam in tempore: Sed tamen unus tantùm vir $\alpha\mu\gamma$, una tantùm *persona*, sed duplex *natura*, *Deus* & *Homo* in una persona, verè $\theta\epsilon\acute{o}\varsigma \epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$, Deus ex Patre, homo ex matre. Ut Deus immortalis fuit, & nec peccare potuit nec mori, sed ut homo mori quidem potuit, sed non peccare, quia aliud est *posse mori*, aliud *posse peccare*, hoc imperfectionem arguit in $\theta\epsilon\acute{o}\varsigma \epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$ summam, sed illud perfectionem in Christo filio Dei maximam ostendit, quando pro arbitrio suo & vitam pro nobis amittere & eandem iterum resumere novit.

F I N I S.









the scale towards document

m, quam tanquam summus Mundi Pro-
phetas Messias sanctissima fuit ac verè divina,
uliseriam, veris quidem illis ac revera di-
, & sanctissimo vitæ ac mortis exemplo
non alia tamen fuit à doctrina illa salutari.
im populo suo indè à primis Patriarcha-
us usque ad Messiaë adventum revelavit.

§. XXII.

am, quo hoc suo officio Prophetico functus
ædificanda Ecclesia, verè divinus fuit &
eris absolutus; Fecit enim id a. Externè per
catum, & quidem partim immediatè per
ministerii sui curriculo, quod in terris obi-
diatè per ministros suos, quos sub utroque
libuit *extraordinarios & ordinarios*. ß. In-
& auditores omnes per Spiritum Sanctum
omnem veritatem Joh. 16. 13. majorem-
lo Spiritus mensuram pro diversa Eccle-
onomia, ita ut jam omnes sint *διδασκαλοι*
45. juxta vaticinium Esajæ, 54. 13. γ. *Prin-*
s familiaribus parabolis, ut videre est
iberè & citra προσωποληψίαν Matth. 22. 16.
ut nemo potuerit ejus sapientiæ resiste-
25. 27. & Matth. 22. v. 19. 22. 26. 32. 33. 34.
ebat enim, *ut habens auctoritatem, non au-*
Matth. 7: 29 ζ. *Eloquenter admodum &*
ita ut *nunquam ita locutus sit homo ut*
46.

§. XXIII.

aret maxima illa *Messiaë* Prophetæ supra
ophetas *excellentiâ*, etiam supra ipsum
iâs *Prophetarum maximum* faciunt Judæi.

C 3

varia-